

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

VI. An quaelibet natura appetat bonum?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

Quare accipienda est sententia Aristotelis non  
simpliciter, sed comparate. Juvenes ignari vi-  
tae & incontinentes minus idonei sunt audi-  
tores Ethicorum, nempe si cum aliis confe-  
rantur, qui jam suos affectus rationis magiste-  
rio subiecerunt: & distinguendum inter in-  
continentes incurvabiles, seu desperatae salutis  
(aviditas) & sanabiles. Illi non sunt fructuosi au-  
ditores philosophiarum moralium: His esse possunt.

## VI.

*An qualibet natura appetat bonum?*

Affirmatur.

**A**FFIRMATIO est Aristotelis & philoso-  
phorum quia nesciunt eum fuerunt. Ordina-  
tio enim sunt res ad finem, qui rationem  
habet boni: & speciatim objectum volunta-  
tis est bonum. Sed inquis, multi homines fe-  
runtur ad scelera. Judas Iscarioth appetit  
mortem, quae sua natura mala est, cum dissol-  
vat compositum. Habens febrem ardente ap-  
petit sacerdotem, quod morbo est noxiun. Ergo  
non omnia bona appetunt. Hic respon-  
sendum ad antecedens: Ea mala appetuntur  
sub ratione bonorum. Judas appetit mortem  
ut bonum: putat enim melius esse, non esse,  
quam male esse, vitam abrumptere, quam ma-  
le sibi consciunt vivere. Abesse a malo, & ma-  
lum aliquid evitare est non patrum bonum:

R 2 ut est

ut est in Rheticis Aristotelis. Et cum febris  
conflictans in æstu appetit Zythum frigidum,  
quod erit ratio bonum esse non judicet, sed  
malum: sensu tamen bonum est. Omnia igno-  
rit appetunt bonum: sive sit simpliciter bo-  
num, sive alicui bonum: sive sit absolutum bo-  
num, sive comparatum, & alio relatum: sive  
sit naturale bonum, sive morale bonum: sive  
sit verum solidumque bonum, sive apparet:  
sive sit natura bonum, sive opinione: sive sit  
per se bonum, sive per accidens. De triplici  
bonitate vide Scalig. exerc. 307. sect. 27. &  
eundem de duplice pulcro, ex. 300. sect. 4.

## VII.

*An divisio Peripateticorum bona sit: Aliab bona  
sunt animi: alia corporis: alia fortuna?*

Videtur negandum.

PERIPATETICORUM familia solet divi-  
dere bona in bona animi, corporis & for-  
tunæ, divitias, amicos, honores, & similia  
vocans bona fortunæ, quod magis causa alli-  
cujus incertæ beneficio, quam natura vel in-  
dustria humana comparari queant. Atque sic  
divisio ista λογικὴ non est. Priora enim duo  
membra sunt subjecta: Posterior causa ethi-  
cens, quod fortuna credatur ea clargiri. Tum  
autem logica fuerit, si pro ῥᾳ Fortunæ sumas  
Externæ (τὰ εἰλλεῖς.) Fortuita enim, quæ illi vo-  
cant,